



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Quomodo Triticum eiusdem monasterij germinauerit propter cessationem
consuetæ eleemosynæ. Capvt LXXXV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

- 1 Si sancti viri in somnis apparent, & loquuntur hominibus. nō verè possunt dici emortui, vt mentiuntur heretici.
2 Vides quo modo viri Deo dicati cum honore sepeliuntur?

Quomodo Triticum eiusdem monasterij germinauerit propter cessationem consuetudinis elemosynæ.

CAPVT LXXXV.

Narrauerunt autem nobis rursus & hoc dicentes: Consuetudo fuit, vt in cœna Domini pauperes omnes, & pupilli regionis huius confluerent huc, & acciperent medium tritici sextarium, benedictiones tredecim, & sextarium vini, mediumque sextarium mellis pro quolibet. Ante hoc autem triennium, magna tritici sterilitas fuit, vendebaturque triticum in regione hac, sextarij XII vno numismate.

Cum ergo venissent ieiunij dies, dicunt Abbati nostrò quidam ex patribus: Noli, domine Pater, secundum consuetudinē dare pauperibus triticum, ne desit monasterio, Triticum enim nō inuenitur. Abbas autem cœpit dicere fratribus: Non infringamus, filij, benedictionem Patris nostri Theodosij. Videte, mandatum senis est, non expedit nobis illud transgredi. Verè ipse est, qui curam nostri gerit. Fratres autem in sua perstiterunt sententia, dicentes Abbati: Non suppetit nobis, quod dare possumus. Tunc Abbas contristatus ait illis: Ite, & secundum quod vultis facite. Non itaque, vt consuetum erat, dederunt benedictionem in die sãcto cœnæ, & parasceues, Profectus postmodum qui præerat horreis, aperuit ostia, & reperit triticum totum germinasse. Quare coacti postea sumus, illud in mare proijcere.

re. Tunc cæpit Abbas noster dicere fratribus. Qui patris nostri monita irrita facit, ista patitur. Labores nunc inobedientię metite. Quingentos modios daturi eram^o, & patri nostro Theodosio per obedientiam placuissimus, fratresq; nostros pateres consolati fuissimus, nunc vero quinq; sestertia millia modiorum tritici perdidimus. Quid luctati sumus, filij. Quantũ nobis ipsis nocuimus. Pro profecto mala egimus. Vnum quia mandata patris nostri præteriuimus, alterum quia spernit Deum non habuimus, sed in horreo nostro. Vnde ex hoc discamus, fratres, quia Deus est, qui disponit omne humanum genus, quodq; sanctus Theodosius inuisibiliter pro nobis filiis suis curam sollicitè gerit.

- 1 Ecce dies sanctus cœnæ, Domini, & pasceus.
2 Nota, sanctus Theodosius inuisibiliter pro nobis filiis suis curam sollicitè gerit.

De altero eiusdem monasterij anachoreta qui statim vt communionem sacram sumpsit, consummatus est.

C A P V T. LXXVI.

Abbas Egiarius narravit nobis, dicens. Cui exissem ex Aegis post solennitatem, ibi celsusq; acrior inhoruisset, veni in monasterium Scopuli. Cũque illic essem, tale aliquid contigit. Anachoreta quidam in partibus illis erat solitarius, veniebatq; ¹ sancto die Dominico, & sumebat ² veneranda mysteria. Semel autem scandalizatus Anachoreta, quinque ferè hebdomadas mansit, nunquam iuxta consuetudinem in monasterium veniens. Quapropter fratres monasterij contristabantur, Cũ ergo in illo monaste